

planius ac utilius, veram & utilem philosophiam profiteri, nec ipsa disputatio sua ipsius acutie euanescat, illud igitur naturam mouit, ut post creationem, educationem institueret, ne humana proles alieno auxilio quo maxime eget destituta periret, idque ut efficacius fieret, amore indidit, quo animantium genus omne foetus suos prosequitur, unde fit ut ipse amor, quo nos ipsos tuemur, liberos quoque nostros tueatur, eorum namque conseruatione conseruamur, & eorum propagatione propagamur. attigit. l. i. tit. 19. par. 4. ibi. *Esta criança ha muy grã fuerça, è señalada mēte la que faze el padre a su fijo, ca como quier que le ama naturalmente, porq̄ le engēdro, mucho mas le crece el amor por razon de la criança que faze en el.* Nota amorē ex procreatione ortum, crescere ex educatione filiorum erga ipsos filios. l. 2. eod. tit. & par. ubi quod natura, amor, & iura cogāt parentes alimenta praestare filiis, quod quidem ex Cicerone accepit lex nostra Hispana, libro. 3. de finibus bonor. & malor. *Sic apparet (inquit Cicero) a natura ipsa ut eos quos genuerimus, amemus impelli, quod autem ait lex iura id precipere intelligit naturalia, que*
 16 *lex civilis accipit ipsa q̄ lex nostra id precipit, ibi. E si alguno contra esto fiziere, el judgad. r de aquel logar lo deue apremiar, prendando lo, o de otra guisa, de manera que lo cumpla assi como se redicho es.* * Quae omnia, nobis ex Plinio, Aristotele, & Seneca, adducta & applicata nostris legibus post nos adducit in suo tractat. de testamen. Doct̄ de Spino, gloss. 16. num. 96.
 * & sequen. * Igitur omnia haec iura id efficiunt ut cogente & imperante natura parentes liberos suos educare teneantur, idque pro modo facultatum, idque;

nent aliud agendo Grego. Lop. in. l. 8. tit. 13. par. 6. in glo. verb. menester. D. Didac. de Couar. de sponfal. 3. part. c. 8. §. 6. nu. 8. Palac. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. 24. nu. 17. Rode. Xuar. in. l. 1. tit. 6. lib. 3. foro leg. Molin. de Hispa. primoge. lib. 2. c. 15. num. 52. qui omnes maximi & clarissimi nominis viri id tenent, scilicet ius alendi ex iure naturali descendere imperate id natura, quae nulla lege civili abrogari potest. Eandem opinionem re ipsa tenent qui asseuerant legitimam portionem quamuis quo ad quotam legitimam, vel quantitatem de iure civili sit & positiuo, tamen quo ad legitimam in genere, & quo ad alimenta, pro quibus illa est, ex iure naturali procedere, quoniam natura cogat nos nostram prolem nostro modo alere, ut faciunt pecudes & caetera animantia quae foetus suos suo quoque modo pascunt, & nutriunt, quam opinionem tenet Xuarz noster in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. limit. 2. nu. 1. D. Didacus de Couar. ubi s. nu. 4. & 5. Grego. Lop. in. l. 32. tit. 9. par. 6. Ant. Gomez in. l. 40. Tauri. nu. 57. Ludouic. Molin. lib. 2. c. 1. nu. 14. qui alios plures allegat additio ad Capel. Tolosa. 337. Ioan. de Garrob. in rub. de secund. nup. 2. par. nu. 20. unde iura civilia diminuere quidem vel extendere possunt legitimam portionem, omnino autem tollere non possunt quia iura naturalia quibus prolem alere tenemur, destruire non possumus, etiam si velimus. Ex quo filios nostros quos genuimus natura quidem alere tenemur, quod late probant etiam quoad spurios incestuosos, & naturales, legum Taurinarum interpretes in l. 9. & 10. D. Didacus de Couarru. ubi supra, nume. 6. & in. c. quamuis pactum. de pactis, lib. 6. part. 2. §. 6. nume. 7. quod in Hispania ita accipiendum est. Si modo quintam partem bonorum non excedant huiusmodi alimenta. l. 10. Tauri, de qua proximè agemus, istud tamen intellige cum Rodenico Xuarz in. l. quoniam